

tionem: exiccationem dicunt esse coagulationem, dealbationem verò calcinationem. Et quia cōtinuato calore fluida fit ac mollis materia, cerationis mentionem faciunt. Quum autem ascendere desinit, & liquida manet in fundo, fixationem vocant. Ad hunc modum igitur operationum philosophicarum appellationes intelligendæ sunt, & non aliter. Declaratis igitur instrumentis, & materia cum fermentis, ex ordine veniendum est ad pondera, sine quibus irritum est opus nostrum.

De proportione materie & formæ spagirici lapidis. CAP. IX.

FORMALIS nostri fœtus pars, est mercurius philosophorum, & solis spiritus siue tinctura: viuus autem pars est materialis altera. Proinde compositio huius sacratissimi lapidis Adamici, fit ex sapientum Adamico mercurio, cum eorum Euenæ muliere per matrimonium & vnionem vnus & alterius mercurij in tertium. Est igitur vnica materia philosophorum constans ex spirituali Mercurio,

curio,